

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 4: De aliis virtutibus Caput 19: De laude divina (8)

Idem (Ieronimus):

Quis digne te laudare potest o ineffabilis virtus et sapientia patris,
et quomodo invenio ulla verba quibus te sufficienter valeam explanare,
cunctipotens et omnipotens verbum?

Dicam interim quod valeo, donec iubeas me venire ad te,
ut possim dicere quid te decet, et me oportet.

Et ideo suppliciter rogo ut respicias, non tantum ad id quod modo dico,
sed quod dicere opto.

Cupio enim desiderio magno de te loqui quod oportet,
quia te decet laus, te dicet imnus tibi debetur omnis honor.

Quis digne te laudare potest, ineffabilis virtus et sapientia Patris?

Et quoniam nulla invenio verba, quibus te sufficienter valeam explicare,
cunctipotens et omniscium Verbum;

dicam interim quod valeo, donec iubeas me venire ad te,
ubi possim dicere quod te decet, et me oportet.

Et ideo suppliciter rogo, ne respicias tantum ad id quod modo dico,
quantum ad id quod dicere opto.

Cupio enim desiderio magno de te eloqui quod oportet et decet:
quia te decet laus, et hymnus, tibi que debetur omnis honor.

Pseudo-Augustinus, *Meditationum liber unus*, 35 (PL 40, col.928-9).